

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm  
Ad Diversos Libri X.**

**Symmachus, Quintus Aurelius**

**Neapoli Nemetvm, MD CXVII**

Liber VI

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1363>

Q. AVRELI SYM-  
MACHI V.C. COS. OR-  
DIN. PRÆF. VRB. EPI-  
STOLARUM

LIBER VI.\*

EPIST. I.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

>Editus post  
eius obitū  
à Q. Flavio  
Memmio  
Symmacho  
V.C. Filio.

**D**e rebus liquidis atque manife-  
stis rectius natura, quām fama  
consultur. Ergo in tenui Patriæ  
victu, superioris providentia  
audem a refotam non ex ore  
multitudinis, sed ex ratione hu-  
mani ingenij colligamus. Ne-  
cessē est cūm seros aestimatores  
beneficiorum, cum succedant angustiæ copijs, diffi-  
culturam gratiam coniacione sentire. Et plebes qui-  
dem nostra paucorum studijs autē hac in odium tanti  
civis subacta, testatur propalām penitendi correctio-  
nem. Collegarum verò notissimus pervicax b livor  
non sinit fateri, quod cogit veritas judicare. Quare ta-  
cito afficiuntur rubore, & convictorum similes de vo-  
bis proferre nequeunt, quæ sentire coguntur. Sed hæc  
longius exequi non est necesse. Sufficit enim rediisse  
ad conciliationem famæ vestræ publicum testimoniū.  
e Vivat modò, & in patris celebri memoriâ solarium  
tuum, & in tuâ salute paterna reparatio. Valete.

a Sic Ms. Gl-  
ian. Alij re-  
feram: & re-  
ferram ex  
Ms. Cuiac. &  
Pith. Item  
collegarum,  
omissis huma-

b Sic Ms.  
Pith.

c Ita Ms. Pith  
Lett. Ed. Sch.

EPIST.

## EPIST. II.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**H**ILARATUS est mihi dies litteris vestris, & scitivitatem natalitiam domus nostrae desideratus sermo geminavit. Sed decursa paginae lectione concuravit mihi frontem adiectam subscriptio, quæ vos de peculio Petroniae agitari jurgijs indicavit. Arbitror tamen, si Marcianæ sororis vestrae non sit a clauda promissio, successionis ambiguum domesticè posse removeri, cum ad examen meum quod ipsa delegit, documenta negotij miseritis. Quæ autem capita questionum pars adversa commoveat, subditæ enumeratione signavi, ut sancta unanimitas vestra informata oppositis, invicem pro se respondenda meditetur. Valete,

## EPIST. III.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**P**RÆFATO opus est, si ardua postulentur: pronis ac facilibus ad moveri ambitum non oportet. Breviter igitur & strictè quid frater meus Fulvius de vobis favoris poscat, advertite. Sororem Pompejanio. lim vitro maturam, te auspice in manum optat acepere, nec genere minor, & re fortassis b. superior. Nam Gajan. alij u- laudabiles vitæ eius artes, & ex bonorum amicitijs spes secundas inter sponsalia ornamenta non numero. Sibi enim quisque habet quicquid speci & laudi ducitur. Mihi autem tanta est perficiendæ conjunctio- nis huius antiquitas, ut in gravi dono habiturus sim, si illius votis cura vestra profuerit. Quum igitur res inceptu honesta, effectu facilis postuletur: quæso utia Sch. promovendo negocio & quantam me velle con- iicitis, adhibeatis industriam.

Valete.

## EPIST.

*c Sic Lett. Ed.  
Sch.*

## EPIST. IV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**A**EGRITUDINEM, quām dexteræ manus dolore sustineo, nunciorum acerbitate duplicitis. Acrior autem curam distingit, quod scio filiæ meæ ciborum & potuum continentiam non posse suadere. Anxius igitur vulnere animi, & corporis morbo, usque ad subscribendi possibilitatem litteras differre non potui: sed dictatione properatâ magis sollicitudini meæ, quām consuetudini satisfeci. Et primò timorem meum responsis levetis, exoro. Dehinc te, domina filia, precor, saluti adversa declinas, & interpellatam totiens valetudinem repares auxilio temperantiae. Quia non solum sanitati commodat, verum etiam ad testimonium prudentiae pertinet noxijs abstinere. Valete.

## EPIST. V.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**S**EVERIANUM primorē à Cliterninæ urbis à publicā interpellatione revocavi, ne sancto amico nostro Severo invidiæ aliquid conquestio eius adferret. Promisi autem mediâ unanimitate tuâ, decus nostrum, & quid inter eos concertationis est, posse finiri. Atque idè quoq[ue]so, ut viro optimo Severo terminando apud te litis auctor esse digneris. Vale.

## EPIST. VI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**T**ANQUAM adhuc negotiorum vestrorum nescij agendis rebus formulas præfinitis. At ego unanimitati vestræ utriusque exitum causæ jampridem retexui, & credo in manus vestras per milites Vicarianos delata, quæ scripseram Merito enarrata & comperta non repeto. Hoc solum etiam nunc notitiæ vestræ ostentationis pudore subtraxeram, mississe me

à Ita Lett.  
ex Srbone.  
Cliterna op-  
pidulū hanc  
procul Romā.

a Ita supplē-  
dum ex Ms.  
Cuiac.

¶ necessarias litteras, quibus amici de tutoris fraudulis  
instruantur. Et puto, si fors incepturn juvet, decernendu-  
mum aliquid, quo frangatur obnoxius. Quod vero ite  
ad proxima urbi prædia distulisti, s, quāquam vestrigu-  
pientissimus, improbare non possum. Allegatis enim  
piam causam morarum, atque iedē b desiderio meo  
necessitatem religiosæ affectionis antefero: c haud  
scio an morantibus vobis aliqua iuvatatio nos ponitis  
in Campaniam possit educere. Sed hoc relinquatur  
eventui. Nos interim mutua desideria scriptione fo-  
veamus. Solatijs enim leniendus est animus, quotiens  
protelantur optata. Vale.

EPIST. VII.

S Y M M A C H U S N I C H O M A C H I F I L I I S.

d Sic MSS.  
Cuiac. Pith.  
e Ita Lett.  
Ed. Sch.  
f Sic supplet  
Ms. Pith.  
Ed. Sch.

**T**A BURNIUS evocatum me non siluit; & forsan  
mirermini, nihil super eam re meis paginis indica-  
tum. Sed d' quia multis ac necessarijs cauissimis  
decreveram; inanis esse opera judicavi, irritans  
vos, e & dissimulata perferre. Credo autem sancte  
unanimitati vestrae incompta non esse, quae me f' ap-  
regrinandi consilio retraxerunt Nam & fractam yale-  
tudinem meam nostis, & unici mei solitudinem con-  
templamini, & eruptiones fluminum usque ad merum  
diluvij compertis. Pontium quoque ruinas, & mon-  
tium labes apud vos, ut arbitror, fama non tacuit. Et  
quo factum est, ut ceteri quoque veniam postu-  
larerit, quos similis accitus exciverat, praeter Arcentium  
& Evangelum: quorum alterum vigor adolescentia  
alterum incautus animus objecit incertis. Intelligo  
vos profectione hominis non amici posse terreti. Sed  
ut scrupulum hunc rejiciatis admoneo. Nam & meis  
litteris multa curata sunt; & proficiscientibus datum  
negocium est, ut exempli obrectatio repellatur. Quare  
curarum vacui agite otium, neque ut facere di-  
gnamini, scriptorum assiduitate  
refovete. Vale.

## EPIST

## EPIST. VIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**R**E DIT & sunt nobis literæ vestræ, cùm in Hostenſi & die ſeptimo degeremus. Et illicò per il-  
luſtrem virum Vicarium petitu meo Actorum proceſ-  
ſit editio. Sed puer vester, inconsultis atque ignorantibus  
nobis, urbe diſceſſit, ut eſt ſervis familiaris improbitas.  
Vestrā in manu eſt, utrum hoc inultum patia-  
mini. interea filiam meam jaſtari instaurato languore,  
non filuit. Cujus nuncij vulnus altè infedit pecto-  
ri meo, nec abolebitur metu, niſi muuā ſcriptione fi-  
dem sanitatis eius accepero. Facite igitur oro vos, ut  
formidinam meam ſecuritas protinus reportata com-  
mutet. Valete.

## EPIST. IX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**F**RATER meus Censorinus de confinio Bajano-  
rum Prætotiorum conqueſtionem tentat iterare,  
quam didicit int̄ me, & actores filij mei Pompeiani  
dudum eſſe finitam. Adhibiti namque inspectatores  
muro qui inter ædes à ſummo monte deſcendit, diuidi  
loca noſtra dixerunt: quorum iudicium novus poſſeſſor  
credit poſſe reſcindi. Quæſo igitur adhibito Felice a-  
mico noſtro, & Caſtore, veri arbitri eſſe digneris, b & e Sic Lett.  
ut ſanctitate tuā coram locatā inanis attentatio com-  
primatur. Dehinc cum fratri, meo Censorino ſatisfie-  
cerit præteritæ iudicationis assertio, tunc operi eius,  
& molitionibus novis decem tantū pedum ultra æ-  
dificia ſua permittatur adiecio: ita ut partium fines,  
& placito comprehensus adſensus, & conſtructio in-  
teriecta diſcriminet. Vale.

## EPIST. X.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**R**O GATOS nos eſſe audio ad officiū Cōſulare. Mihi  
P 2 qui-

a Proba h̄is  
conjectura  
Scopij. Scil.  
prædio. Sic  
Cicerο: in Cu-  
mano.

quiescere & domi manere sententia est, post anni superioris laborem. Ipse quid statuas, altius cogita, & sapienter expende. Præsumo autem eos, qui die cuncturacioni auctoritate præcessi viri, edecumatos esse, & his unanimitatem tuam consultò esse sociatam; ut ad agenda gratias sub occasione officij Consularis excurras. Verendum autem est, ne si excusandum putaveris, proximi rescripti imprestatione videaris offensus. Et fortasse, quantum de incertis sperare fas est, error iste, cum feliciter adfueris, corrigetur. Hispanum non competit rogarum esse. Considera igitur eventum utriusque patris. Ego denudo nunciabo, si quid super hoc nova cognitionis accesserit. Vale.

## EPIST. XI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

a Sic legendū tenore sequentium. Lett.

MULTA mihi ad vos scribenti pauca respondes, & molestè fero mandatorum a nostro tum cadere principia usq; ad sollicitudinem meam, moratum per silentium frigere processus. Fortasse queraris, quid etiam nunc referri innocentiam meam possum. Capuanæ domus pretium scripseram cum venditore decisum. Nihil de eius confirmatione re-scribitis. Samniticæ possessionis reformatio & vindicta manda-ta est. Tantum vacuatos dñibus agros serò docuisti. Adhuc tamen nescio, quid exhibitio injuncta proferit, cuius me expectatio rus ire non patitur. Vereorem ne, quod sèpè factum est, clandestina aliquid tener obreptio. Quare aut instruite: quid super hanc negotiis explicandis; aut si res in vado sint, viam mihi uluprandæ secessionis aperite. Cum fratre meo Censorino non molestè fero sub quolibet dispendio nostro de litoralibus spatijs judicarum. Restat ut interie eti mui Prætoria dividantur, ne cessante indicio judicationis, rufus vicinæ angustiæ in alios se se terminos nitantur extendere.

Valete.

EPIST.

LIBER SVI  
EPIST. I

SYMMACHUS NICHI-

A Mici litteris delibetur  
arem esse volunt, & velim  
surpandinani remissio non  
Judex Praetorianus, ob causam  
remedia utris Auguſtū deci-  
status, ut alleget, Cineat, &  
dorum Imperialium die, cum  
prætentibus policeretur, obla-  
culo publicavit. Hoc omnia  
formum scutum gloriæ emer-  
titum, quia hoc referuntur  
lebendi, ut potius dignitatem  
quantum legati Orientis ac  
eorum meorum fecit indicio  
eis placuerunt. Sed se tandem  
ace, nollentes postea humores  
magno coginent. Hocum ali-  
campi, ut norex quibus fabri-  
negredo aurem fandi ambo  
sequi iterata commovit, non  
venerum est, & pum, que  
sunt, subiecta e asthme  
alium iurevis exaggrari, ut expletum  
redderet, que postulimus pro  
suo pro parte pertinet, ne  
in corpora & propria tamen  
cum longe rascitis venient, &  
mentis des rigoribus obliterari  
prosternere feremur debet, & non  
expoundavero. Cineat Cineat  
quemlibet vobis, vel sponte aut  
merito ob angustias immittit  
non sit certissimi. Contra su-  
bitum, Contra faditum, &

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**A**MICi litteris delectatus sum, quarum me lectorem esse voluisti, & velim credas, nihil eum de usurpandi animi remissione mentitum. Mihi vir illustris Judex Prætorianus, ob conlationem Senatus, & alia remedia urbis Augustæ denunciavit offensas; contristatus, ut asserit, Curione, & quod Præfectus urbi ludorum Imperialium die, cùm à Senatu b caro nobis præsentibus posceretur, oblationem communem populo publicavit. Hæc omnia ad destruendam promissorum suorum gloriam composita suspicatur, & in me solùm, quia hoc referentibus placet, vertit invidiam. Respondi, ut potui dignitate servatâ, eius calori. Et quantum legati Orientales asserunt, quibus ipse scriptorum meorum fecit indicium, cunctis responsa nostra placuerunt. Sed ne ratione & auctoritate victus silleret, molliores postea litteras misit, parem querimoniam continentes. Horum tibi omnium tradetur exemplar, ut noveris quibus fluctibns perstrepamus. In negotio autem sanctæ unanimitatis vestræ, quod præceptio iterata commovit, consilio trahendæ solutionis utendum est; & pars, quæ ad germanum tuum pertinet, subjicienda c auctioni: ut huiusmodi injuriâ factum juvenis exaggeret, aut expleat voluntatem. Sed scie desidero, quæ potissimum prædia ad jus sancti fratris tui pro parte pertineant: ne per ignorantiam, juris tui corpora Apparitionis error attricet. Fratrem vestrum Romæ tantisper tenebo, quoniam subsidia annonæ in dies viginti oblatio prorogavit. Molestè igitur filia mea ferrenon debet, si jumenta itineri eius deputata tardavero. Cætera Cumazon filius meus, vel quærentibus vobis, vel sponte narrabit. De legatione mittendâ ob angustias frumentariæ rei, usque ad reditum viri excellentissimi Comitis tractatus publicus differetur. Consilium sanitatis tuæ salubre mihi

*a Ita Mercer.**b Sic lures.**Ed. Steh.**c Lect. &c  
Mercer.*

visum est. Itaque datis ad homines meos litteris; at  
tim iussi ex re nostrâ Apula ad Campaniam frumenta  
deferri. Vale.

## EPIST. XIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**A**SSIDUITAS epistolarum superiorum scriben-  
da consumpsit. Sola nunc supereft salutationis  
religiosa generalitas. Et sanè, si qua suppetent pa-  
ginis persequenda, commeanti rectius crederentur.  
Nunc enim stilo indulgendum est, cùm recipiens  
mandatis proficiscentium persona non sufficit. Nunc  
si quid scitu dignum putabis, sine nostri sermonis ex-  
cursu pleniū à commeante discetis. Valete.

## EPIST. XIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**D**UBITARE VOS VIDEO, AN RUFINI Pœnam secula-  
rit etiam publicatio facultatum. Fides præstò est  
Imperialibus signata præcepris. Et tamen prædonis  
annos merita pendentibus, non fuit ambigendum,  
quod <sup>a</sup> spolia Orbis desiderarat ærarium. Atque uti-  
nam tanto gudio non obstreperet defectus annonæ,  
quam nulla producit noxæ frugis accessio. Præterea  
ipsius sibi qualitas gignit horrorem, corrumpit vale-  
tudinem corporum, graviorque est hominibus talis a-  
limonia, quam pœna jejunij. Solatur inter hæc popu-  
lum spes frumenti à Patribus oblati, & religiosa opu-  
lantium voluntas tenet concordiam civitatis. Nunc  
votis opus est, ut divina opitulatio invehat commea-  
tus, dum salus civium privatâ conlatione produci-  
tur. Valete.

## EPIST. XV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**I**N cas angustias communis Patriæ fortuna deducta  
est, ut extrema vitanda sint. Itaque fratrem vestrum  
con-

<sup>a</sup> Sic Ms. Gi-  
san. h.e. opes  
Rufini, que in  
fiscum sunt  
redigenda.

continuò ad vos opto dimittere, cui Basternarios mox  
præbere dignamini, & festinatio eius iumentorum ad-  
mīculis juvetur. Ceterū filiam meam vexari iti-  
nere, sicuti antè scrips̄eram, non oportet. Quoniam  
post incommodum grave, valetudo eius otio & que-  
te refoienda est. Valete.

*a Ita Lett.  
& Ed. Sc.*

## EPIST. XV I.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PRÆVIDI quem metum meæ ægritudinis vobis fa-  
ma posset incutere: quæ cùm soleat supra vetum  
de absentibus loqui, magnitudinem periculi mei ne-  
fando quidem viderit æquasse. Itaque ubi primùm  
formare litteras per valetudinem licuit, non distuli le-  
nire apud vos stilo, quæ vulgata credideram. Et quam-  
vis modificandæ sollicitudini vestræ prior sermo suffi-  
ceret; ad fidem tamen securitatis attestatio secunda  
proficiet. Interea de ordinando reditu facite noverim,  
quid consilij cœperitis. Fateor enim molliorem me  
esse affectione post discriminem salutis, nec ultetius pos-  
se suadere, ut desiderio meo vestrūm otium præferatis.  
Vale.

## EPIST. XVII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

AMICITIA animis non annis estimatur. Rudis  
igitur tibi eorum non videatur affectus, quorum  
in te cultus annosus est. Hic è spectat, ut noveris Au-  
zentium & Marianum, filios meos pudentissimos ju-  
venes, inter laudatores tuos primore loco censi; atq;  
idè non cognoscendos novo aditu, sed amoris fœde-  
re & religione recolendos!. Nunc illis proficisciendi  
attulit causam medicorum coactu imperata cura-  
tio. Nam Stabias ire desiderant, ut reliquias lon-  
gæ ægritudinis armentali lacte depellant. Sed  
maiorem judicant in tuo congressu esse medicinam.

Tibi igitur assignabitur eorum sanitas, si remedijs herbarum salubrium fomenta benignitatis adjeccis. Vale.

## EPIST. XVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**C**ASTORI nostro ad Campaniam revertenti, largiora mandata de domesticis rebus, quām scripta commisimus. Plura igitur auribus quām lectione noscetis. Horum pleraque ad statum pertinent patris; quām defectu alimentorum graviter laborantem periculorum est inhabitare, impium & crudele deserere. Vale.

## EPIST. XIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**G**ERMANO Taburnio, cui me auxilio esse voluis, etiam salutis dubius affussem, si eorum presentiam fors dedisser, quos ex usu eius oportuit conserviri. Satisfaciat igitur unaoimitati vestræ animus meus, etiam si voti efficaciam negavir eventus. Ipsa de huc invalidus sed iam præstat Dei veniam convalescenti securus haec scribo; tantoque magis affurgo viribus, quanto mihi celeiorem sanctitatis vestræ redditum spes vicina promittit. Valete.

## EPIST. XX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**D**UDUM sanitatem filiæ meæ integratam esse rescriperas. Mox sequentibus litteris sollicitudini nostræ recidivum aculeum subdidisti. Conflitor igitur nuncio recentiore, quia magis adversa creduntur. Expecto anxie, ut si quid boni dies attulit, iudicetis. In eo autem quod vos discessus noster exercuat, habitum mentis meæ agnoscō: sed adhuc desiderijs mutuis præstat suadere præstantiam, quām penitendum aliquid per imbecillitatem affectionis ordiri.

Mox

Mox cum germanus tuus de proximo, ut ait, speratus affuerit, & felicem vobis, & necessarium redditum dividenda inter vos communionis causa praestabit. Valete.

## EPIST. XXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**F**RATRIS mei Entrici Spectabilis viri liberos impatientia paterni amoris acciverat, quibus prope randi causas inopia urbis adiecit. Atque ideo recursus sine justi temporis expectatione moliti sunt. Quapropter dum navigatio intra stabilis est, in oris Campaniae pagis per hærebunt. Sed ne peregrinationis amara sustineant, humanitas vestra praetabit. Quare vicem meam suscipe: ut qui nunc à nobis necessitate divulsi sunt, animum se meum in te reperisse latentur. Vale.

## EPIST. XXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**D**URA commotio est, quam giguit injuria; sed mollire debet dolorem medicina patientia. Nec deest vobis usus aduersa tolerandi. Nam crebro istum fortunæ fetre didicistis. Quod si in secundis rebus agetur, jure insolitis malis fœlicitas laederetur. Hæc eo scribo, ut maritum me scias, quod cōstantiam tuam lis privata mutaverit, quam sub affinium nomine (ut opinio mea est) Bajani littoris persultator animavit. Sed illi aliud mercedis erit. Causæ autem vestræ propugnaculum judiciale non defuit. Imperatum quippe est ab altero Cognitorum, ne impunè sit, quod designavit Apparitus: ab altero ut hæreditas tua praestetur. Ipsum quoque a dominum questionis, quum se ab agro receperit, admonebo, ut aut desistat incepto, aut sibi graviora esse referenda noverit. Hæc de rebus domesticis satis dicta sunt. Patriæ vero nostræ inter cetera frumentariæ penuriaz mala, legationis ambitus

a Ita Ms.  
Bessar.

a Sic corexit  
Sch.

nequiores a facem subdidit. Nam principiò Posthumianum & Pinianum duobus aulæ summatibus junxit electio, sub eâ expressione judicij, ut in ipsis solis plena esse legatio diceretur. Interiectis diebus, cùm mandata Ordinis tractatus expenderet, Paulinum illis studia privata junxerunt. Hinc orta certatio usque ad nefarias pugnas me absente processit. Pudet dicere, quæ in se optimates Senatus criminis & maledicta proiecerint. Sed dirimendas partium quæstiones meo dicuntur doluisse judicio. Fors viderit, qui finis causam publicam maneat. Interim Senatus famalaceratur, & in fortunatis etiam crimen accessit. Si in manus meas venient monumenta Gestorum, legendo noscetis, quæ verborum meorū verecundia noluit explicare; Valete.

## EPIST. XXIII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**D**E bui litteris abstinere, Spectabili viro filio meo Decio commeante, qui religioni vestre plura narrabit, quām posset paginarum textus amplecti. Sed jucunditatem, quam tribuet fraterna præsentia, stilo augere non piguit Idcirco unanimitati vestræ honorem salutationis impertio, ut adventus mei expectatio oris munere mitigetur. Valete.

## EPIST. XXIV.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

b Ita Lect.  
Ed. Sch.

**S**APRICIUS vir ornatus ac mihi familiaris, diligentiam sanctæ unanimitatis tuæ sine ad stipulatore meruisset. Sed quia primi aditus sermo commendat b incognitos, facilitatem sibi promerendæ familiaritatis tuæ per me optavit aperiri. Dignum est igitur, ut cupidissimum tui obvio amore suscipias, & amicitiam postulatam non in longi usus tentamenta procrastines, sed statim parili voluntate desiderio adventantis occurras. Vale.

## EPIST.

LXXXVII  
EPIT. 12  
SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS  
ZENODORI filii mentis  
line proprie cognovit  
a suscipit. Nam cum pugnat  
honore cogente,  
stexo itinere gubernaculo  
tanquam myla gregis induit  
digam esse, quem diligenter  
filiorum tribus, adhuc  
primus adiutor auctoritate  
experiator facilitatem in pro  
quam delatam esse novimus.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS  
Dico mecum ipse remanseris,  
Dico mecum dimicari, sed  
legente speculi profectus  
gut dies urbis alius  
yaho. Proterea amplexum  
acciditum fuscum alio  
etiam carnis oblate sumere  
Redire igitur ad vos  
tuis, quod necesse fuit  
cubis juventis. Legamus  
Posthamiano &  
fui Senatus agmina  
divisi in studia perinde  
vernum conformatum  
defecetus. Valete.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS  
V

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**Z**ENODORUS filius meus nondum te consuetu-line propiore cognovit, sed famâ cōciliante jam a suscipit. Nam cùm properè Lucanos ac Brutios petat a *Sic Mercer.* honore cogente, nihilominus in conspectum tuum *Ed. Sch.* flexo itinere gestit excurrere. Hunc in amicitiam tuam tanquam myltagogus induco, atque in me recipio b *b Ita Lect.* dignum esse, quem diligas. Si quid igitur Parentis te *Ed. Sch. Vide lib. 2. Ep. 67.* stimonio tribuis, adultram mox apud te religionem *& 98. & Ep. 2.* primus aditus adventantis inveniat; eamq; continuo experiatut facilitatem tui pectoris, quam scit num-quam delatam esse novitati. Vale.

## EPIST. XXVI.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**D**iu mecum ipse contendi, ut ad vos pignus com-mune dimitterem, sed vicit affectio, maximè ad-surgente speculâ proficiunt conditorum. Nam vi-ginti dies urbis alimonijs parca interim promittit ex-pensio. Præterea amplissimi Ordinis secunda collatio accessurum securitati aliquid pollicetur. Nihilominus etiam carnis oblatio animos Romanæ plebis erexit. Redire igitur ad vos c *jumenta præcepi,* agens gra-tias, quod necessitatem fratris vestri congruis admini-culis juveritis. Legatorum adhuc vacillat electio. Nam Posthumiano & Piniano, quos à principio d *mandati* sui Senatus agnoverat, tertius Paulinus e *affirmitur,* & divisis in studia partibus adhuc differtur utilitas; cùm e *Mercerus,* terminum confirmationis acceperit, plena cognitio deferetur. Valete.

c *Sic Lect.*  
Ed. Sch.

d *Ita Sch.*

## EPIST. XXVII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**V**ERIUS scribendū est, si cōmendentur incogniti.  
Justini

LITERA

236

SYMMACHI EPIST.

Justini autem gravissimi atq; honestissimi viri antiqua nobiscum familiaritas conciliationis admiculum non requirit. Satis est igitur, si ei amorem solitum deferatis. Quæ vero ad nos pertinent, & proximè unanimitati vestrae litteris indicata sunt, nunc ore ipsius pandentur. Valete.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**S**i quid homini tutum est, in spem vitæ redisse me nuncio post internorum dolorem, qui me vobis repente subtraxerat. Si quid igitur vobis asperum famæ licentia nunciavit, antiquæ oblivio. Præcipue autem imperatum volo, ne improvidâ sollicitudine recurritis. Sed quia res verit ad salutem; justis itineris dimensionibus communis desiderio satisfacere digne-  
mini. Valete.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**D**ICEND & vobis salutis occasio, & querenda est mihi sœpè si desit, & amplectend, si præstò sit; eo maximè tempore, quo de filiæ meæ sanitate sollicitor, cuius valetudinem credo etiam jejunis & sauciatam. Absolvite igitur metum nostrum nuncio prosperorum. Mihi etiam nunc gressus infirmus est. Sed si optata de vobis mutuus sermo pertulerit, protinus corpusculi querela sedabitur. Non omiserim jungere paginæ, quod Martinianum conventio judicialis expulexit; cui tantus terror incussus est ob omissam diu ad Gallias profecionem, ut ei necesse fuerit b prævenire itinere privato exhibitionis iniuriam. De Atellano quid fieri velimus, amico interveniente quæsivit auditor. Respōdi post judicium Sacerdotis solam me expectare vindictam conflatæ nuper invidiæ. Nihilominus in arbitrium tuum statuenda rejici. Quæso igitur, ut inter feriarum moras, quid factò opus sit, digneris  
ape.

a Ita Lett.  
Ed. Sch.

b Sic edidit  
Sch. ex Ms.  
Gifan.

aperte; finaliter cogi-  
tissem, quid posse magis  
trai. Neque enim iustitia la-  
titudinem potest, cùm illa res  
tur. Valete.

EPIST.

SYMMACHUS NICH.

POST QUAM dimicatu  
increbrat, factorem  
candam; ita uteram numer  
huiusmodi scripta peritura  
veretur. Hoc est alibi ali-  
dum tamen non credi. In  
uere cicarov, & confirmari  
Vale.

EPIST. XI

SYMMACHUS NICH.

Via clarissimis pumicis  
conficus, emmatur  
leam, cum tu quoque in  
finiora glorietur. Cujus uero  
offer operi refundatur, eum  
sum adspicere sufficiet, eumque  
nibetis, ad omnia bonus, qui  
sic. Vale.

EPIST. XII

SYMMACHUS NICH.

IN suburbis legimus, u  
det molestanum, & nile  
cundi infusuram habet  
mihi, quæ sola Romæ  
non possit aduenire. Se-  
lante Gille infusuram

aperire; simq[ue] cogites contra interventum tot Antistitum, quid possit magis, quam quid debeat imperari. Neque enim justitiae & innocentiae deferri plurimum potest, cum illis reverentia religionis opponitur. Valete.

## EPIST. XXX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**P**OST QUAM dimisimus puerum, multis rumor increbruit, sanctitatem tuam sacris litteris evocandam: ita ut etiam nomen Gratiani cuiusdam, qui hujusmodi scriptra perlaturus asseritur, in publico ostendetur. Hoc etsi adhuc mihi incertum videtur, tacendum tamen non credidi. Erit summæ divinitatis, statuere circa vos, & confirmare ordinem prosperorum. Vale.

## EPIST. XXXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**V**IR clarissimus Principius, genere, & probitate conspicuus, commendationem non requirit alienam, cum tui quoque in se amoris atque judicij testimonio glorietur. Cujus bona latius explicare, nisi esset opera redundantis cunctis nota replicare. Hoc unum adjecisse sufficiet, quicquid illi honorificantibus tribueris, ad omnes bonos, qui eum diligunt, pervenire. Vale.

## EPIST. XXXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**I**N suburbano dego & cessu. Nam & urbanarum cœdet molestiarum, & villæ autumno commodæ paucundâ instauratione delector. Præterea frequentiam mibi, quæ sola Romæ honorabilis iudicatur, amicorum præstat adventus. Sed non mediocriter nepticulae meæ Gallæ infirmitas conturbat otij nostris securitatem,

tatem; de quā ut maturè votiva & commoda nuntiatis, opitulatio divina p̄f̄stabit. Tibi autem, Domina filia, quantum indies singulos refectionis accedat, quælo curē habeas indicare. Erit hoc testimonium religiosi in me animi tui; si & consulueris sanitati, & in  
<sup>a</sup> Alij noti- <sup>a</sup> noscentiam meam placitura pertuleris. Valete.   
 tiām.

## EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**S**i qua adhuc de Siciliâ speramus, incerta sunt. Nam cūm litteræ Eusebii nunciaverint, dudū Cir-ci & scenæ artifices navigasse, etiam nunc de adventu eorum rumor in opero est: atque idē Apparitorum placuit postulari, qui peragratis ubique littoribus explorata in aures nostras reportet. Crevit autem cura ludorum, postquam frequentibus <sup>b</sup> studijs Relationem de Amphitheatro promerendo populus postulavit, qui mox Iudicis impetravit assensum. Deinutus efficiet, ut super hoc etiam divini Principis concorderet auctoritas. Valete.

## EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**F**RATER vester diu animi affectus dolore ob-  
 missum magistrum, cœpit aurem p̄btere solantibus, cuius mortitudo me quoque graviter fauciavit, præter cogitationem, quæ nos de eligendo præceptore sollicitat. Si igitur placet communibus litteris ab illustri viro Adriano Gallum rhetorem, quem proximè Eusebius noster ingesserat, postulemus, ne pignorum nostrorum indoles in profectu posita deseratur. Me futuræ Editionis, & labor, & sumptus exercet. In disponendis enim præmijs quamquam numero ve-  
 stium satis affluam, nonnulla adhuc deesse  
 apparatui deprehendo.

Valete.

## EPIST.

 LXXXI  
 SYMMACHI NICHOMACHI  
 FILIIS.  
 EPIST.

QUANDIU JUVENTUS  
 tuorum, conatus va-  
 rent, negotiis, am-  
 ficeo. Vom hoc anno  
 me consilio nullum  
 rificentiam deprecat. De  
 mandarum nihil erat  
 Ipsa haec de corpore Heli-  
 pris Salustii filii juri-  
 ginam. sed concurrit  
 Romane regente et Dia  
 que scilicet, hæderet han-  
 genia posceret absolvere. Vom  
 genia posceret absolvere. Vom  
 EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

CVM b ab Agen-  
 terentur, quidam ad  
 faciocamur, vidi alio  
 lis, quibus te honori-  
 fali quoque scripta  
 tur mature iter ab  
 Aliud quoque accep-  
 illustris frater new  
 mitator, ad ender  
 juventa præbuit. Non  
 auctoritate p̄cet  
 nas, e thibet p̄m  
 Principi, p̄m debet  
 per tempus ipsius apud  
 initio regnante. Inter  
 prouere, & cum  
 gaudi exponere. Vom

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

## EPIST. XXXV.

**Q**UAMDIU jactata rumoribus temerè & dif-  
feruntur, curarum vacuuus ociare. Si quid audi-  
tu dignum fideque subnixum recentior sermo perve-  
xerit, neque nunciandi, neque suadendi partibus ab.  
stinebo. Vnum hoc ante rei necessitatem de meo su-  
me consilio, nullâ ratione te posse Evocationis hono-  
rificentiam deprecari. De fratre autem vestro præter  
mandatum nihil etiam nunc opinionis accepimus.  
Ipsi hæc de nuptijs Hostiensibus, ad quas, nos viri illu-  
stris Salustij filius junior evocavit, contulimus in pa-  
ginam. Sed continuò ob ludorum-præparationem  
Roma repetenda est. Diu enim mihi ista curanda sunt:  
quæ facilè, si adesset sanctitas vestra, communis dili-  
gentia posset absolvere. Valete.

## EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**C**VM b ab Agente in rebus sacræ litteræ mihi red-  
derentur, quibus ad officium præcessi viri Consu-  
lis evocamus; vidi alias æquè ad tuum nomen emis-  
sus, quibus te honorificentia Imperialis accivit. Con-  
sulis quoque scripta idem A gens exhibuit. Sūade oigiti-  
tur mature iter instruas, cui non cohærebit Hispanus.  
Aliud quoque accessit, quod te possit hortari. Nam vir  
illustris frater meus Neoterius, domini fratris mei ad-  
mirator, ad eandem causam rogatus, solatia tibi & ad-  
jumenta præstabit. Nolo igitur ambigas, cùm scias  
auctoritate præcessi viri electas amicorum esse perso-  
nas, & tibique hæc prima, post dubia fortunæ, divini  
Principis alloquia deferri. In negotio autem tuo, quæ  
per me agi volueras apud sanctum Tribunum, non  
invitus ingredior. Interea ad Formianum littus iter  
promove, & cùm ad te delatae litteræ fuerint, Romanam  
cittus excertas. Vale.

a Ita Ms. Gi-  
fan. & Merce-  
rus Sic infra  
Epist. 70. Ser-  
mo distulit.

b Sic Ed. Sch.  
ex Ms.

c Ita restituit  
Merco. & Ed.  
Sch.

EPIST.

## EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**D**ICTIōNEM salutis antefero, quæ & votome supra omnia convenit, & litteratio debetur exordio. Dehinc diligentia tuæ, domina filia, natalium fratris tui commendō convivium. Homo enim non ster allegate fugâ nautarum littora destituta. Quæ res compulit, ut sanctitati tuæ factu minora committam, De publicis scribenda non suspernunt; absq; eo, quod in Trajani plateâ ruina unius ipsalæ pressit habitantes: quod adeò ad fortunam vehiculi publici, plebeja verit invidia, ut jam privato Rectore utatur. Vale.

## EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**A**MICUS noster Severus molestiâ publicâ liberatus, in patriæ otium revertit, quem mox apud fratrem vestrum Vicarium spectabilem virum, & sanctitatis tuæ pagina, & veteris inter eos amicitiae agnitus. Mea circa Praetorios apparatus cura crebre fecit. Quodcõ scribo, ut intelligat unanimitas vestra admiculî sui societatem desiderati. Nec sum imperiosus exactior, ut qui sciam, necessitates meas post verum commodum collocandas. Sed, si bene aestimo, satis facient vobis ad refectionem praesentis mensis induciae. Paucis a habitum propriæ voluntatis exposui: quid factò opus sit, vestro relinquo judicio: ut sit vobis laudabilius, mihi gratius, quod spontaneas affectus elegerit. Valete.

## EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**M**IROR pueros, quos diversis diebus ad sanctitatem vestram misimus, retardari: ne tamen usum scriptoris omittimus, leite cupientes, quantum refe-

LXXXVII  
refectione proficiat. Invenimus  
nostra similitudinē mentis  
EPIST. X  
SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.  
PRIMAM voluntatem  
sanctitatis habemus, in finem  
quæ dodum regnanda, denuo  
licitatur ostendit, quodcumque  
omnia interpretatione entia lib  
bis sufficiunt. Confinie cum  
lit per ferociam impugnab  
ant. Itaque palmarum ambi  
gnis ornata, traffico crux  
fausta narratio, anque hanc  
brevitatem Tibi in dies finge  
mi foris, summa donacione  
rerum nostrarum sumus. Enim  
asseruit à quo signum nunc  
est, cùm summo genere  
minam illam necesse esset  
tibus vobis quod deconstru  
rum velid religiā iuris  
igitur exhibita, quid in  
gitatis oportet praeponere.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.  
M ALICE, palu  
voluissem, pikk me graviss  
nostrum fuisse stupore  
querela pectoris, ne  
geminum. Et certe latiss  
vestito ante gradus, cum  
dilecta, hollum ac

refectio profecerit. Incunctanter igitur expectationi nostræ satisfaciat recursus alloquij. Valete.

## EPIST. XL.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**P**RIMA mihi voluptas est sciscitari, quem statum sanitatis habeatis, in secundis reliqua conlocabo, quæ dudum requirenda duxistis. Gravibus civitas sollicitatur ostentis, quorum leviora prætero. Illud ante omnia interpretatio tristis horreficit, quod natali urbis suffectum Consulem currus a quo vehebatur, evo-  
lit per ferociam bigarum, quæ triumphum vehebant. Itaque palmata amictus, & b Consularis insig-  
nis ornatus, fracto crure sublatus est. Offendit me infausta narratio, atque ideo in hac expositione servabo brevitatem. Tibi in dies singulos, decus nostrum, domi forisq; fama florentior est. Et præsentium quidem rerum nos testes sumus. Externa judicia Cæcilianus afferuit. à quo sigillatim relata enumerare fastidium est, cùm in summâ gloria tuæ cuncta convenient. Dominam filiam meam salutatam cum dulcissimis nepotibus volo, quæ de contexendis in c apparatum ludorum vestib⁹ religiosè à nobis voluit commoneri. Sciet igitur ex subditis, quid in supplementum Prætoriæ lar-  
gitatis oporteat præparari. Valete.

a Ita supplens  
alij.  
b Sirmond.  
consulari.

c Sic Lect.  
Ed. Sch.  
Vide supra  
Epist. 33.

## EPIST. XLI.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**M**ALE est animo, postquam filiam meam compcri-  
voluisse, nisi & me gravedo capit, & Symmachum nostrum febris inopina retineret: cuius corporales querelas præstat filerc, ne sanctitatis vestræ sollicitudo geminetur. Et certè frater meus Comazon, desiderio vestro urbe digressus, cumulatiūs quæ tacemus expe-  
diat. Postulare non debeo, quod sponge facietis, ut cu-

Q rarum

rarum nostrarum magnitudinem scriptis lætioribus  
comprimatis. Valete.

## EPIST. XLII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**E**USEBII nuper litteras sumpsi, quibus autig<sup>a</sup>  
nostros & aliquos Scenicos navi impositos, & ie-  
cundūm præceptum meum missos ad Campaniam  
nunciavit. Jubeat igitur sanctitas vestra diligentissi-  
mos scrutatores usque Salernitanum littus accedere,  
ut suscep<sup>b</sup>tos Neapolin prosequantur, vel aliquod de  
adventueorum scrutentur indicium. Felicem queque  
communem amicum monitum volo, si Campaniam  
fœliciter venerint, annonis & sumptibus adjuventur,  
continuā ad nos navigatione mittendi q<sup>a</sup>ia longē an-  
te ludos, & ipsos jungendis equis erudire debemus, &  
novitati eorum favorem plebis alicere. Summa igitur  
petitionis mē<sup>c</sup> hæc est, ut ad homines vestros inquisi-  
tio eorum, & perfectio celerata pertineat. Valete.

## EPIST. XLIII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**C**ROCODILOS theatraлиз spectaculo publicatos  
in præsentiam vestram servare tentavimus: sed  
perseverante inediâ, quæ illos per dies quinquaginta  
producta macerabat, secundis ludis congreßionum  
a more confecti sunt. Duos etiam nunc b spiritan-  
tes in vestrum differemus adventum, licet eos cibi ab-  
stinentia longūm viverē posse non spondeat. Vale-  
te.

## EPIST. XLIV.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**R**EDUNDANTIS est operæ memorem commo-  
nere. Sed suscep<sup>b</sup>ta amicorum negotia nequaquā  
nos modum servare patiuntur. Quare ut amici com-  
munis Herculi V C. votiva mandata acriter exsequatis,  
orare

a Alij mor-  
te.  
b Sic Lett.  
Ssh.

orare non desino. Facit autem cum studio sanctorum unanimitatis tue assensio propinquorum: siquidem filius meus Valentinus afferuit se quoque consultum litteris Iuliani, eadem quae volumus de nuptiarum pactio-  
ne suafuisse. Valete.

## EPIST. XLV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**P**O ST QUAM te a jastattam comperi dolore con-  
suetudo, omnis reliquarum sollicitudinum mearum  
sensus evanuit. Nam, ut ait Hippocrates; Præsentia he-  
betantur incômoda, si cui dolor maior accesserit. Ex-  
pecto igitur, ut accepto de te indicio lætiore, in pio-  
res curas revertat. Cætera in hac consternatione animi  
mei tanquam intempestiva prætereo, & tamen com-  
monitorium junxi, quod velim redacta in tranquil-  
lum sanitatem consideres. Valete.

## EPIST. XLVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**N**ULLAS quidem nobis per hominem nostrum  
litteras detulisti. Sed mihi silentium unanimi-  
tatis vestræ nequaquam licuit æmulari, vel quod ita sol-  
licitudo, quam de me non frustrâ geritis, postulabat,  
velquod me in officia scriptionis amor verus impellit.  
Gratum vobis fuisse factum meum, rescriptivissimu-  
do testabitur. Valete

## EPIST. XLVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**V**RBI negocia nec vacat scire, nec libet scribe-  
re: animus enim meus morbo corporis occupa-  
tus, rebus alienis curam nescit intendere. Unaum hoc  
scio, de seditionib<sup>z</sup> nuncios esse mentitos; b atq; adeò à  
vero dissentire rumores, ut numquā maiori plausu Pre-  
fectura celebrata sit. Itaq; studia plebis in Iudicē favor

a Ita leg. Ed.  
Sch. Vide Ep.  
41. & 48. de  
filiâ, que Ni-  
comacho nu-  
pta.

b Sic Lect.  
Ed. Sch.

<sup>a</sup> Ita Ms.  
Bef. & Iur.  
Alij: vian-  
tium.  
<sup>b</sup> Sic Lett. &  
ex Ms. Vatic.  
Sch.

quoq; Ordinis æmulatur. Hæc ad nos, si qua dolorum  
intercapedo admittit officia a visentium, pati omni  
sermone perveniant. Cætera, hominum vestrorum, qui  
versantur in publico, stilus debet aperire. De me tuc  
aliena quærenda sunt, cùm propria b adversa requie-  
verint. Valete.

## EPIST. XLVIII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

NATALITIO munere, quod frequentari à vobis  
per multos annos communis felicitas faciet, no-  
strum hilarastis animuni, vestrum probastis. De quo  
me prolixè scribere verecundia vestra non patitur. Co-  
piosior tamen in sensib⁹ manet gratia, quam sermone  
proferatur. Quæ ad urbem pertinent, indiculi coha-  
rentis lectione noscetis. Tibi verò, Domina filia, ca-  
dem religione quā dignum est, injungo curam juvan-  
dæ valetudinis, ut omnibus nobis sanitatis tuæ securi-  
tas voluptatis sit. Valete.

## EPIST. XLIX.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

<sup>c</sup> Sic benè Ms.  
Gif. Nicoma-  
chi enim filij  
in Campania  
habitabant:  
eοg, hic servus  
eorum rever-  
titur. Alij  
nostro.  
<sup>d</sup> Ita, Lett.  
& Ed., Sch.

HOMINE c vestio ad Campaniam reverente  
scribenda consumpsi; & tamen sanctum atq; ho-  
norabilem virum parentem vestrum Severum nolui a-  
bire vacuum litterarum mearum: ut & morem saluta-  
tionis exsequerer, & de opere, quod domi construis, ju-  
dicium mœ⁹ d inspectionis aperirem. Theimatum  
& situs & amplitudo admodum placuit. In minonibus  
balneis piscinalem picturis potius, quam musivo ex-  
coli non probavi. Res admonet, ut prefectum Mellala  
nocte eā, quam consecutæ sunt nona Martia no-  
veritis. Legati cæteri mox sequentur. Adverti tamen  
ex quorundam colloquio, in gratiam dominus, de quā  
plurique nostrates viri edilibus e farciuntur, quædam  
esse lenita. Sed mea cura non deerit, ne quid mandatis

<sup>e</sup> Sic Ms.  
Vv. v. v.

Senat-

LITERA  
senatus per coniunctionem in  
EPIST.  
SYMMACHUS NICOMACHUS  
SCRIBERE non tenet  
Sime Shido narratio  
Sol agit falsetum  
brevitas & velto hocce fide  
decepere. Valete.

SYMMACHUS NICOMACHUS  
PRIORIBUS literis  
derepoterimus. Reſſer-  
tis compotes sumus, &  
fratris vel profectus nō  
animum, quod longe ab  
scriptorum rite traximus  
inter nos praetulerimus.

EPIST.

SYMMACHUS NICOMACHUS

A DIVITIIS Domini  
postulamus et. Tunc  
Mediolanicum legamus  
Senatus petitio bus inven-  
tur. Praefectus inde hanc  
optat adhibet, quem per  
esse misum. Hocque  
digeneri acutæ sunt le-  
xit. Ipse die legatus atque  
sunt domi velut aquæ, que  
catione tuis publice venient  
legato et, que apud nos  
fatu cadunt. Quædi-  
torem praesens quædi-

Senatus per conniventiam detrahatur. Valete.

## EPIST. L.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**S**CRIBERE non recuso: sed malui domino filio  
meo Sibidio narranda coram per ocium reservare.  
Solà igitur salutatione fungetur hæc pagina, cui  
brevitas & vestro honori satisfaciet, nec illi referenda  
decerpet. Valete.

## EPIST. LI.

SYMMACHVS NICHOMACHI FILIIS.

**P**RIORIBUS litteris comperistis, quæ nunc respō-  
dere potuissim. Redisse non pœniter. Nam & salu-  
tis compotes sumus, & per diligentiam magistrorum  
fratris vestri profectus adolescit. hoc tantum mordet  
animum, quod longo à vobis itinere discernimur. Sed  
scriptorum vices frequens usus exerceat: a sarciemus  
inter nos pœsentiae voluptatem. Valete.

## EPIST. LII.

a Lett. par-  
tiemur: Ve  
Epist. 63.  
lib. 7.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**A**DVENTUS Domini & Principis nostri denuò  
postulandus est. Theodorus enim vir illustris,  
Mediolanensem legatione susceptā, enī dicitur, ut  
Senatus petitionibus provinciale desiderium præfera-  
tur. Præfectus urbi huic negocio sanctitatem tuam  
optat adhiberi, quem puto super hoc litteras ad vos  
esse misurum. Hortor igitur, ut scripto eius evocatus  
digaeris accurrere ante Senatum, qui Idibus Junijs  
erit. Ipso enim die legatos arbitror eligendos. Multa  
sunt domūs vestræ negotia, quæ à te coram sub oc-  
casione causæ publicæ terminentur. Præterea votiva  
legatio est, quæ apud aures evocandorum amabilis  
futura credatur. Quæso ne differas, ut reconcilia-  
tionem præteritæ gratiæ consequaris. Valete.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

*a Sic Lett.**Ed. Sc.**b ita Ed. Sch.**ex Ms.**c Sic expref-**sit Ed. Sch.**ex Ms. Gifan.**d h. e. Si non**effet petitio**adventus ve-**stri. Vide Le-**xicon nostrū**Plaut.**d ita Lett.**ēd. Ed. Sch.*

**M**A X I M U M veterem amicum, sed novum Agentem in rebus, accipite inter tyrones & cum canicie militarem. Ad hoc b procontanda discetis: atque idē mīhi fugienda est prolixæ epistolæ gratia. c Absque adventus vestri petitione, quem frequenter exambo, & si desiderium vestri sineret, jam silere deberem, quia verecundiam creant inefficaciter postulata. Sed amor in vos meus propè impudentiam suaderet frequenter d elusus. Vereor autem, ne idē vestrū reditum promiseritis, ut nostrum ad vos prohiberetis excursionem. Valete,

## EPIST. LIV.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**S**ALUTEM vobis precamur, cuius indicium, puer revertente, optamus accipere. Mea valetudo caret interim doloribus, sed indiget firmitate, maximè accentib⁹ curis, quas proxime facta à Senatu auxit oblatio. Ire longius piget, cùm hæc quoque securis animo ingessisse pœnitentia. Valete.

## EPIST. LV.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**H**ERI per hominem meum scripsi metu percitus, postquam de valerudine filiæ meæ amara cognitio nuncias sis, & adhuc pendente responsō crucior incertis. Peto igitur edoceri, quid ei ad confirmationem sanitatis accesserit. Rerum verò præsentium nullum vobis indicium facere decreveram, ne in aures vestras redirent, quæ probabili discessione vitastis. Sed quia civicus amor in negotia urbana curam e vestram redixit; quædam collata in titulos breviter percurri, ut sine fastidio lectionis insinuata noscatis. Valete.

*e Sic Lett.**Ed. Sch. Alij**nostram.*

## EPIST.

LIBR. SECT.

ENIT. 17

SYMMACHUS NIC.

CREDONUNC SICUM prout  
litterarib⁹ tibi dabo, in fine  
gentiā porto toni capi, in  
viri paginam, cu[m] mecum le  
ut quid sententia ubi te  
te operat adhibeo, biā con  
vos in meliore ratiōne, quod  
mihi fecisti indicium, quod  
obstact. Et nos quem  
fauitatis redditum spodet  
votum morantur, exinde  
consulentis blōvite Vale.

EPIST.

SYMMACHUS NIC.

SUPERIORIB⁹ dicit  
vanie, & relite expedit  
numeros facisci. Hoc non pa  
rit, cùm hoc tantum bene  
consilij meliorem, ut al  
lienistis, aucti veluti aucti  
robis ad cypriandum ha

EPIST.

SYMMACHUS NIC.

POSTquam pugnando  
dijo, & vocis his, que  
corporis dolor, mea que  
litteras nihil mecum erit,  
dicā op̄. sollicitus sum  
tut: deinceps ipsi hæc ab  
consul, ipsi post legationem  
canum, quod velut prædicta  
si nisi disperita conservatur, n  
oīo defrument. Invenimus  
hī imperatus, ulige al

EPIST.

## EPIST. LVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**C**REDO nunc saltim priores domini mei Præfectū litteras tibi redditas: quæ si casu aliquo aut negligentiā portitoris clapsæ sunt, et tibi aliam subtilissimi viri paginam, cui me hunc sermonem jussit adjungere; ut quid sententiaz tibi sit de suscipiendo negocio, cui te optat adhiberi, bis consultus expediās. Puto enim vos in meliorem valetudinem revertisse, postquam mihi fecistis indicium, quod revertionivestra morbus obstatet. Et nos quidem malum us, ut integrato statu sanitatis redditum spondeatis, sed si corpusculi querelæ votum morantur, evidentibus scriptis exspectationem consulētis absolvite. Vale.

## EPIST. LVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**S**UPERIORIBUS diebus & meæ circa vos obser vantia, & vestræ expectationi multo epistolarum numero satisfeci. Hæc verò pagina copiam non requiri, cum hoc tantum benevolentiaz vestræ pro captu consilij mei suadeam, ut ad Præfectum Prætorio Sici liensis causæ vestræ actio transferatur; si tamen aliquid vobis ad experiendam data oblatio reserabit. Valere.

## EPIST. LVIII.

SYMMACHVS NICHOMACHI FILII.

**P**OST QUAM pignus nostrum Sibidius Romanum rediit, & nunc fuit, quantus filiam meam vexet corporis dolor, meus quoque animus ægredescit. Itaque litteras nihil moratus emisi, anxiè petens, primò medicā ope & abstinentiā noxiōrum ad sanitatem juvetur: dehinc rescripti fides abolendæ sollicitudini meæ consulat. Ipsi post legatorum proficationem rus Vaticanicum, quod vestro prædio cohæret, accessimus; & si nihil disposita conturbet, in Aprilis Kalendas villæ otio defruemur. Iuniorum delectus urbanis familijs imperatus, usque ad æterni Principis responsa

pendebit. De conjunctis exemplaribus formam precepti utriusque nosceris. Hæc quia quis litteris desiderata sunt, misi. Cæterum mera atque unica mihi causa distantiae epistolæ fuit, ut ad nos super filiæ meæ valetudine certa & amica a voto referantur. Vale.

## EPIST. LIX.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**A**NTERIORES litteræ tuæ, quas mox aliæ consécutæ sunt, spem mihi aliquatenus redditus tui fecerant: secundæ promissa vacuarunt. Ita ut post multas causas negationis meo consilio sequenda committeres. Sed ego cogitans, primò filiæ meæ conturbatam valetudinem, quæ spoliari solatio tuo non potest: dehinc stomachi tui imbecillitatem, quam esse imparem scribis itineri promovendo: tum consilium amicorum paterni oculum præferentis: dehinc expectationem illustris viri, quem diu existimas a futurum: præterea interpretationes hominum, qui te, ut ait, opinantur manus publicum recipisse in occasionem negotiorum tuorum: permisam mihi deliberationem vobis refundo. Iniquum est enim tot oppositis **b** questionibus obnoxiam fieri sententiam meam, & fidem suadentis incertis futurorum casibus obligari. Interea consti-tuendæ rei dies existimo prorogandos, & epistolam tuam tantisper reddere magistratu temperavi. Primò, quia reverentia nuda est: dehinc quia causas negationis infra devotionis magnitudinem prætulit; & quod nossem pluribus legenda, quæ scriperas. Volo igitur, ut reverentiâ cumulatiore, & gravioribus quærelis excusationem tuam munias, si voluntas manserit laboris & iteris deprecandi.

Vale.



**a** Sic bene  
Iur. Ed. Sch.

**b** Sic Ed. Sch.  
h.e. quere-  
lis.

EPIST.

## EPIST. LX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII S.

PRISCA observantia hunc scribendi ordinem fecit, ut domo profecti officium litterarij muneris auspicentur. Sed longum visum est operiri unanimatis tuæ litteras, quarum nos arguimus tarditatem. Atque ideo mutato usu in hoc munus erupimus. Superest ut libens rependas, quæ inchoare debueras, & provocare exerceas stilum indicem tuæ sanitatis. Ipsi in Arabianâ dominæ filiæ meæ expectamus adventum: licet te etiam decus nostrum solemnum dierum ratio confessim spondeat affuturum. Vale,

## EPIST. LXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII S.

FELIX materia est suadere ocium. Sed haec exhortatio animum sui juris requirit. Nos neq; residere patitur liventium factio, nec filij juvenis institutio longu peregrinari. Quare ut possumus, modò abscessu, modò reditu, variamus locoru distinctione. <sup>a</sup> Testimonio est hec epistola, suburbano agro nuper emissâ, quam de Corano nostro, si nihil disposita turbaverit; alia consequetur. Vestrum est, huiusmodi absentiae nostræ conditionem litteris frequentibus augere, si placet; juvare, si displiceret. Vale.

<sup>a</sup> Sie plenè ex  
Ms. Gis. &  
Pth.

## EPIST. LXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII S.

LEGATI Ordinis nostri ex usu actis omnibus reverterunt. Nam & tyronum conquevit indictio, & argentii nobis facta gratia est. Super impetratis tam adhuc speratur Oratio. Nunc domestica & animo vestro amica jungemus. Stat nobiscum valerudinis bonum. Sapè urbanam commorationem proximo rure distinguimus. Sola nos vestri absentia macerat. Sed si in conspectum nostrum properè veneritis; nos quo-

quoque recursum vestrum in Campaniam cum volu-  
pratè comitabimur. Valete.

## EPIST. LXIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

PER hominem meum litteras dederam, continuò  
adfuīt Maximus, qui alias postularet: quare salu-  
tationem geminare non piguit. Præterea exegit repens  
nuncius super adventu Domini & Principis nostri, ut  
vos de reditu commonerem, quem maturare debetis,  
ne moram vestram votiva legatio jam nunc ex usu pu-  
blico iteranda, prævertat. Vale.

## EPIST. LXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

PURGATORIO medicamento alvum vacuasse te  
scriperas, ut servor oculorum cum cætero onere  
decederet. Scire postulo, an prædicta curatio efficax  
fuerit, & nec subegerit causa etiam sanguinis emissio-  
ne venas juvari. Par requirit affectio, quantam vobis  
fidem faciat filia meæ sanitas, ut his ex voto cognitis  
sollicitudinum acuta deponam. Nam mihi ob alia  
quoque ægræ est turbas patriæ cogitari, quas præci-  
pue b movent in usum militarem petita servitia. Et  
nos quidem crebris precibus obnitimur, & diem duci-  
mus supplicando; jamque ad premium argenti quinq;  
librarum misera oblatione perventum est. Sed veroor,  
ne nos alterius rei fuga utroque despoltet. Præfectus  
agendo negotio segnior visus, Lampadio successore  
mutatus est, cuius moribus crediderunt impossibilia  
promoveri. Nunc peto, ut me anxiū maiore cura,  
quæ vos respicit, elevetis. Nam adhuc discrucior incer-  
to per moram servuli, qui dudum ad vos ob ea-  
dem noscenda missus, necdum  
revertit. Valete.



EPIST.

*a Sic ex Ms.  
Bess. Ed. Sc.*

*b Ita Merc.  
Ed. Sch.*

Liber Sa  
EPIST.  
SYMMACHUS NE  
SCRIBENDA dōc defi  
duramemorata. Vlent  
narumæ quoquām pelle  
in mias praesentia ponit  
addico noscenda a dicit  
vobis salutationem fru  
trahant, & nihilominus i  
ptionis excludat. Sed de h  
rudo gavior milie cœrent  
speratur. Expecto iugur  
ten esse omnia nuncies. I  
feto, pars ista solatij casu  
mitigabit, Vale.

EPIST.

SYMMACHUS NE  
PAUCIS à patriæ hœ  
ludis redditum nollem  
runt. Nos tamen etiam  
stans incolimus, tecum  
se preces expectamus  
fanciū à religionis turba  
nicioles, quæ post ille  
digritatis habuerit, leti  
ne quibusdam loco pili  
cessio verteterit noctem  
vestro lanchi Coman  
pti. Circum seculam li  
Etiam inde crux fuisse  
fit. Petereq; ut homo mi  
sus omnium fover, scipio a  
Eustio altera sententia à fre  
nū ipsam homini nati

## EPIST. LXV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**S**CRIBENDA non desunt, sed horret animus loqui dura memoratu. Videor tamen famam rerum urbanarum nequaquam posse cohiberi, quæ, ut fieri amat, in maius præsentia nunciabit. Id ne accidat, Breviario addito noscenda & discrevimus: ut neque litteræ, quæ vobis salutationem ferunt, de sollicitis amaritudinem trahant, & nihilominus rumorum licentiam fides descriptionis excludat. Sed de his haec tenus. Filiae meæ valētudo gravior mihi cæteris est, quibus nunc animus asperatur. Expecto igitur ut illi, Deo juvante, ad salutem esse omnia nuncietis. De quâ sivoro apta competero, pars ista solatij curarum quoq; mearum reliqua mitigabit, Vale.

a Ita bene  
Mer.

## EPIST. LXVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**P**AUCIS à patriâ diebus asfimus, & theatralibus ludis redditum nostrum suffragia civium poposcerunt. Nos tamen etiam nunc suburbanum viæ Hostiensis incolimus, recursum tantisper morantes, ne preces expectasse videamur. Quod si facere ex sententiâ religionistuæ antea voluisse, & vitassem periculosa, quæ post secuta sunt, & exspectatio mei plus dignitatis habuisset. Sed una fuit huius consilij ratio, ne quibusdam loco pulsus viderer, & verecunda discessio verteret in notam timiditatis. De Siculo negocio vestro sanctus Comazon me quoq; assentiente rescripsit. Circa rem nostram Siculam turbidum esse Nectarium indicio erunt litteræ, quas nuper Euscius misit. Peto ergo, ut homo terū nescius, qui cubiculo clausus otium fovet, scripto à vobis coeretur, ne post de Euscio aliter sentiat b si validius justa nostra defende- rit. Ipsam hominis nostri epistolam misi, ut tentamenti info-

b Proba est  
hac vulgata.  
Alij val. illu-  
sto.

insolentiam de eius moribus æstimetis, quem certum est à nobis nolle reprehendi. Petieram superioribus scriptis, ut Puteolani Prætorij mei latus, quo itur ad balneas, dispositione clivi molioris ornates. Si dilatares est, peto ruisus facias: si impleta, rescrive, quod gaudeam. Vale.

## EPIST. LXVII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**V**ERUM est, nequire hominem cuncta pariter vota amica sortiri. Quanto luculentius natalem mihi diem, si affuissetis, egisset? quod in reliquum saltim numerosis annorum processib⁹ fors orata præstabir. Interea, Domina filia, honoratum me optimo lanificij tui monumento satis gadeo. Una quippe & amor in parentem tuum, & industria matronalis inclavit. Sic pries̄ scemina vitā coluisse traduntur. Et illas quidem deliciarum sterile seculum colo, & telis animum jubebat intendere: quia illecebrā cessante temporum **a** vivitur. Tibi verò, & Baiæ apposita curam sobrij operis detrahere non possunt. Renuncias stagna verrentibus, & residens aut obambulans inter pensa & foragines puellarum, quas **b** solas arbitraris sexūs tui delicias. Meritò igitur te amo, dignamque viro tuo tuo iudicio: quando nobis æquè laus & voluptas ex illius perfectione adventiā, & ex tuā probitate genuina est. Vale.

## EPIST. LXVIII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**Q**UANQUAM sperem præfatā Deiveniā, mox in conspectum myrrum nos esse venturos: tamen litteris abstinere non debui, ne quod tempus familiaribus careret officijs. Sumeigitur prælibatam salutationem, quam tibi boni auspicij gratiā adhuc stilo impendimus, sed voce proximè deferemus. Vale.

## EPIST.

**a** Sic Ms.  
Gif. & Iuret.  
Sed relē*is* iu-  
dicat Sc. ad.  
verbium fortē  
aliquid defi-  
derari.

**b** Sic legēndū  
conciūnus.

Liber 5  
EPIST.  
SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.  
ELEGANTICOMM  
Et voluit Alleg  
nuacionum, quan  
intermissio scriptio  
dicijs proderentur. Se  
cognita non fuerat  
sunt. Augedatum n  
fancis officij. Et tam  
polquam gratia pra  
præstanti doloris ex  
li inter p̄cipua & p  
cordani majores deu  
sub expeditione melle  
terici. Vale.

EPIST.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

Dicitur ab aliis fū  
litteris, em  
tam fidem de adversari  
dem celarecum vici  
rem dicendū silens.  
Post Tyburnem quoq  
b producuntur. Sed am  
rum fons debet. Ne  
tum disdia faticatur  
tari codicis primus me  
celentur, tenui, quoniam in  
novatrum modum in  
disturbat, nam vocū in  
cili. Nec tam vobis  
zim farricini fū  
tare, & lepro-

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII S.

**E**LEGANTI commento silentium vestrum purgare voluisti. Allegata est enim cautela tristium nunciorum, quandiu secunda succederent: ut ea, quæ intermissio scriptoris ante celaverat, latioribus indicijs proderentur. Sed nobis & illa per nunc os incognita non fuerunt, & haec sera admodum visa sunt. Augebat enim rumor licetiam suspicio celsantis officij. Et tamen succensere non possumus, postquam gratia praesentium litterarum memoriam præteriti doloris exemit. Modò memento curam styli inter præcipua & pectora sortiti; ne huius exempli recordatio majores denuò metus afferat, dum credimus sub expectatione meliorum rursus aliqua adversa reciceri. Vale.

## EPIST. LXX.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILII S.

**D**iu ab stylo fateor temperasse. Nihil enim quod scriberemus, emersit. Salutis autem vestrae lætam fidem de adventantium sermone capiebam. Tandem cessationem vicit affectio. Reparamus igitur morem dicendæ salutis, vacui omnium negotiorum. Post Tyburtem quippe secessionem Romæ otialenta producimus. Sed non usquequaque agendarum rerum sumus desides. Nam domi corruptorum partium discidia sarcinuntur: quia c festinationem solidari conditor primus antetulit, & antiquior ei visa est celeritas utendi, quam securitas succendentium. Vos nova & æcum mansura molimini: siquidem sermo distulit quædam vos Lucullanis operibus æquanda fuisse. Nec tamen vobis impendit magnitudine cesse-

timus. Par enim sumptus est, semel solida collo-

care, & saepè integrare & cadentia.

Vale.

a Vulgo ad-  
dunt me. Sie  
Ed. Sch.

b Sic Lett &  
Ed. Sch.

c Ita Ed. Sch.  
Al. frequen-  
tationem, b.  
e. habitatione.  
Sic lib. 8. Ep.  
23. balnea-  
rum freque-  
tatio.

d ita Ms. Gif.  
vide sup. Epist

e Ita Ed. Iust. 36

EPIST. Leit.

## EPIST. LXXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**I**NDULGETE delitijs, quando ita terræ ac mari  
copijs redundatis, ut vobis pollucibilem victum.  
triusque elementi ministret opulentia. Nobis satis est,  
quod omnium, quæ capitis, parte defruimur adeò lar-  
giter, ut ipsi quoque a opimis dapibus affluamus.  
Valete.

*a Sic Mercer.  
Ed. Sch.*

## EPIST. LXXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**P**ATRIA ac Penatibus redditi, quædam quibus  
offenderemur invenimus: siquidem Hostiens  
prædium nostrum frequens pulsat impressio. Sed si vo-  
bis prosperè optata procedunt, præstate litteras, qua-  
rum lætitia tergeat nubem præsentis injuriæ. Vale.

## EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**R**ENUM dolore discrucior. Sed ne major adve-  
stras aures fama perveniat, præsentē statum vale-  
tudinis brevitet indicavi. Quum lq;ta successerint, mo-  
rem meū secutus, dabo ad vos paginam latriorē. Valete,

## EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**N**ON frustrâ hactenus responsa distulimus. Tra-  
ctatus enim negotij & chartarum investigatio,  
moram justi temporis exigebant. Hęc ubi aboluta  
sunt, ceteris quæ causæ poscit instructio, reciprocum  
litterarum munus adiecimus. Ipsi enim multis obſta-  
tibus curis, iter ad vos nequimus arripere. Consilium  
ramen, quod transactioni vestra possemus adhibere,  
cumulatiū ex alio parente capietis. Qui etsi adjutore  
non indiget, dignabitur tamen ob inania fori, & sue-  
las veterum formularum, sanctum Prosdocium præ-  
stolati:

solari: venturum ad vos protinus, quum reliquias  
malæ valetudinis plenâ sanitatem limaverit. Vale.

## EPIST. LXXV.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**F**UIT animus Fundos præterite, si vos Formias ac-  
cessisse didecsem. Postquam aliter evenit, pariri  
iter placuit ad minuendum laborem. Erit igitur in ar-  
bitrio Fortunæ ratum facere, ut ad quintum Kalendas  
Augustas Formianâ sede recremur. Hæc est animi  
nostrî destinatio; nunc in coelestium manu est effe-  
ctus optati. Vale.

## EPIST. LXXVI.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**N**ULLUS absque epistolis meis dies labitur. Quid  
si affatum mutuum redderetis: Nec tamen pœ-  
nitentia diligentiae, quamvis honor vicissitudinis negli-  
gatur. Nam quæ ex more sunt, etiam gratuita dele-  
ctant. Ego ad sanitatem lento adhuc gradu provehor:  
atq; idè itineris ulterioris ambiguus usque ad profe-  
ctum deliberationem sequestio. Quid ipsi de reditu  
aut suburbanâ commoratione statueritis, aveat animus  
edoceri. Vale,

## EPIST. LXXVII.

## SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

**A**NTEVENI inquisitionem, cùm vos sollicitos  
fore, quod estem morbo attemptatus, advertebam.  
Et quamvis ultrò scripserim doloris mei adversa te-  
nuati: abolendæ tamen sollicitudinis causâ ( quæ a-  
pud amantes semper incredula est) nunc quoque nun-  
cio, si dictum nullus fortunæ livor effascinet, in con-  
cordiam mecum sanitatem redire. Sed nondum sen-  
sum meū penetrat amoenitas littoralis. Nam ut ex lon-  
gâ maris iactatione stabilis gressus serò reparatur: sic  
tempore opus est, ut tanti mali decessio locū faciat volu-

ptati.

ptati. Ergò neque Formianæ oræ, neque ædificatio-  
nis mæ tantisper ullam capio dulcedinem. Sed hæc,  
ut spero, omnia cum bono valitudinis revertentur,  
moxque ad lætitiam vestri animi stilo meo communi-  
cata pervenient. Vale.

## EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**C**U M mihi puer vester unam epistolam reddidis-  
set; ut rescriberem protinus, tanquam mox redi-  
turus ad vos, incubuit. Sed ut didici, ipse ad ulterio-  
ra contendens, mimicâ usus est technâ, quod paginam  
nostram comes eius Rusticus deportaret. Ille alteram  
nunc regressus accepit. Ridere vos arbitror, quod ego  
servili circumscriptus strophâ, pro sorte simplici de-  
plum solverim. Nam callidus vernola, quod semel  
pertulit, bis recepit. Pergerem longius, si adjicienda  
suppeterent. Vos in propinquuo urbis; celebriore fa-  
mâ rerum agitis, & pari otio. Vestrum est procul po-  
sitios dirare comperti. Vale.

## EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**A**E VU M maneat hic dies, quite nobis, filia, dedit.  
Hunc ego & gaudijs mentis, & verborum hono-  
ribus per multos annorum recursus vobiscum opto  
celebrare, adjicere etiam mihi & ingratuata, tibi ju-  
cunda munuscula: Ut nunc lineam misi, cuius potest  
oblatio exigua non videri, si magis mei in vos animi  
quæm sui pretij æstimatione pendatur. Vale.

## EPIST. LXXX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**N**ATALEM Dominæ filiæ mæ, quem per anno-  
rum recursus optamus esse numerosum, vobis-  
cum agere & participare voluisse, nisi proposito re-  
stituisse

a Ita Ms Iur.  
Vulg. ingra-  
ta.

Liber Set  
atricibrium continuu  
glofum jacundi munus  
pion inguitate oblation  
Vul

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

Ollis ad nos natali-  
bus sed unum defue-  
re solandes plena fide  
lita posuimus consti-  
tuimusque convictus communi-  
cium parca conuria. Quae  
agricultus solema em dien  
tibus precarius annos  
etiam dicitur numerofum. Deinceps  
admodum cunctas. Nobis Tyber  
convenit etiam in primis  
Pergere cultori noster. Am  
tetur, nullaque jam en-  
ficiatur, quid se  
opereantur atque  
tul. Vale.



Potissimum imbrum continuatio. Fungimur tamen religioso honore jucundi munusculi; petentes, ut susceptionis benignitate oblationis exilitas augeatur.  
Vale.

## EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILII.

**O**MNES ad nos natalitij convivij copias transculistis. Sed unum defuit, quominus ad nostrum animum redundaret plena festivitas: quod non vobiscum potius cuncta consumpsimus: quorum constitutus atque convictus commendare nonnumquam solet etiam parca convivia. Quare & vobis & communii pignori, cuius solemnem diem sedula regione celebrastis, uberes precamur annos, & recursum in hæc eadem festa numerosum. Decet enim pios parentes inoffensa fœlicitas. Nobis Tyburis aura blanditur, sed contra exasperat animum male gesta ratio villicorum.

Neque ager culturâ nitet, & fructuum pars magna debetur, nihilque jam colonis superest facultatum, quod aut rationi optuleretur, aut cul-tui. Vale.



R

Q. AV-